



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 78. Secreta quorundam molimina contra Cardinalem Noaillium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc XVIII. „cendos peridonea; sed ea non prof- „
A. C. 1711. „remus, nisi cum res Ecclesiæ id on- „
 „nino postulabit, ac privata omnia „
 „commoda post habere coget. Id unum „
 „ergo jam superest vobis a Domino „
 „postulandum, ut & vos documentis „
 „nostris ac præceptis dociles semper „
 „aures præbeatis, & nobis necessariis „
 „ad vos erudiendos Zelus ac sanæ do- „
 „ctrinæ scientia præsidiaque nunquam „
 „desint. „

§. LXXVIII.

*Secreta quorundam molimina contra
Cardinalem Noailium.*

Abbé Dor-
san. Jour-
nal. p. II.
Renvers. de
la Doctr.
Differend
l. c. p. 243.
Lettr. histor.

Interim P. Tellierus, qui Ludovico Regi
 a confessionibus erat, nil intentum,
 inausumque reliquit, ut litem
 inter Episcopos exortam componeret,
 & perversam doctrinam exterminaret.
 Hanc in rem quamdam concepit epis-
 stolam, quæ ab Episcoporum potissi-
 mis subscripta Regi traderetur: Hujus
 vero epistolæ summa hæc erat: „Con-
 „querimur de iis, quæ Cardinalis con-
 „tra Episcopalem auctoritatem, atque
 „inviolatas disciplinæ Ecclesiasticæ Re-
 „gulas attentavit: Romana Purpura,
 „qua fulget, nec auctoritatem nec ju-
 „risdictionem in Episcopos Confratres
 „suos ei tribuit, nec eorum opiniones
 „dam-

„damnare, eorum Pastorales Instructio- Sæc. XVIII.
 „nes censuris perstringere permissum A. C. 1711.
 „est: id duntaxat Provincialibus Sy-
 „nodis, & Generalibus Conciliis ex
 „S. Canonum præscripto, & Ecclesiæ
 „Gallicanæ Privilegiis competit: ita
 „censuit ipsemet Cardinalis, quando
 „Episcopus S. Pontii suam instructio-
 „nem circa *casum conscientie* edidit:
 „Nonne idem fieri debuisset circa Ru-
 „pellensis & Lucionensis Episcoporum
 „Instructionem, qua librum a Papa,
 „& quamplurimis Franciæ Episcopis
 „damnatum proscripserunt? Verum
 „contraria agendi ratione fideles scan-
 „dalizati sunt, Novatores in turbido
 „piscantes de dissidio inter Pastores
 „tripudiant; Zelus ex contradictionum
 „metu imminuitur, populi submissio-
 „nem eorum Pastoribus debitam, fi-
 „duciamque amittunt, & sacri Mini-
 „sterii libertas labefactatur: Igitur me
 „dignitate, qua a V. Majestate deco-
 „ratus fui, veritatis pacisque amore,
 „experientia ex longo Diæcesis meæ
 „regimine hausta, immoto sanæ do-
 „ctrinæ studio, gregemque mihi com-
 „missum a novi erroris contagione præ-
 „servandi sollicitudine obstrictum sen-
 „tio, ut hodie V. Majestatis patrocini-
 „um implorem, atque ad sapientissi-
 „ma ejusdem consilia in ea causa recur-
 „ram,

Sæc. XVIII., ram, in qua de religione, Charitate
 A. C. 1711., Christiana, Episcopalis Ordinis con-
 „cordia, Hierarchia Apostolica, & pu-
 „blica salute agitur &c.,

Hanc epistolam P. Tellierus Bo-
 charto de Saron Vincennensis Sacelli
 Thesaurario submitit, eo fine, ut illam
 ad Ciromontanum Episcopum ejus
 Avunculum mitteret, eamque tam
 ipso, quam ab aliis Episcopis subscribi
 curaret. Annuit Bochartus Tellieri vo-
 tis, ac die decima quinta Julii ad eun-
 dem Episcopum præfatam epistolam
 transmisit, eumque rogavit, ut ipse-
 met Quesneli librum damnare, necnon
 Regi supplicare velit, ut cunctos Regni
 sui Episcopos ad eundem librum in suis
 Diæcesibus damnandum compelleret.
 Insuper Bochartus Avunculo suo signi-
 ficabat, quod P. Tellierus plusquam
 triginta præcipuorum Antistitum, qui
 contra Cardinalem Regis vindictam im-
 plorant, literas in suis manibus te-
 neat, & adhuc plures ejusmodi literas
 ab aliis expectet, velitque, ut præ-
 tus Episcopus transmissam epistolam
 se subscriptam, atque involucro, nec-
 non sigillo, ut vocant, *volante* munitam
 per eundem Bochartum ad P. Tellierum
 mitteret. Verum adversi fati male-
 volentia accidit, ut ipsaemet hæc Bo-
 charti literæ unacum epistola Regi ex-
 hibenda

hibenda interciperentur, & Cardinali Noaillio traderentur: detecta igitur hac conspiratione Quesnelistæ in vulgus spargere, totam Jansenii controversiam nullatenus religionem spectare, sed unice adversæ factionis ludum esse, nec Noaillii hostes Quesneli librum, sed Noaillium, qui illum approbavit, petere, eumque ad eam redigere necessitatem velle, ut vel suam revocaret approbationem, vel librum a se approbatum damnari cerneret. Hæc ut crederet Noaillius, haud ægre inducebatur; quapropter omnes pœnas, & edicta, quibus vel Rex Quesnellistarum audaciam plectebat, vel Episcopi eorum errores perstrinxerant, in ejus injuriam fastidiumque obliquis viis collimare autumabat, cumque præcipuos hujus scænæ Actores suspicaretur esse Jesuitas, in hos præprimis vindictam parabat; nec diu ei defuit occasionis opportunitas; cum enim Pater Daniel Jesuitarum Rector nomina eorum, qui hucusque ex Societatis Patribus Confessionibus excipiendis, & Verbo Dei prædicando destinati erant, Noaillii Secretario pro more traderet, concessamque facultatem innovari peteret, Noaillius Cardinalis præter ipsum P. Danielem, viginti alios Jesuitas expunxit, solique Tellerio confessiones quidem exci-

Sæc. XVIII.
A. C. 1711.

Sæc. XVIII. excipiendi facultatem exceptis tamen
 A. C. 1711. Monialibus, dedit: Querebatur de-
 per Pater Daniel, cui tamen respondit
 Noaillius, se eidem ceterisque Jesuitis
 pro Apostolicis laboribus hucusque im-
 pensis grates rependere, de cetero tot
 intra Diæcesin esse Operarios, ut la-
 borum socios advocare, superfluum lo-
 ret. Hac agendi ratione Cardinalis
 suæ causæ parum consuluit, sibi que
 majorem Regis indignationem accere-
 sivit, partim quia omnes reconciliatio-
 nis vias respuit, partim quia sæpius
 Rege aliisque interpellatus, nunquam
 Jesuitis ademptam S. Ministerii facul-
 tatem restituit.

§. LXXIX.

*Consilium de petenda Pontificis Con-
 stitutione contra Quesnelli
 errores.*

*Lafiteau &
 D'orsann.
 l. c. Pfaff.
 Hist. Const.
 Unig.*

Cum interea Quesnelistæ nullum mo-
 moverent lapidem, ut sui Magistri
 librum adversus omnium oppositiones
 tuerentur, vicissim Episcoporum potes-
 tati nulli pepercerunt labori, ut Ques-
 neliani errores penitus auctoritate po-
 blica eradicarentur; hanc in rem apud
 Ludovicum Franciæ Regem die undec-
 cima Novembris instabant, ut Regium
 quo præfatum librum honorabat, pri-
 vilegium